



Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],
libri VII**

Rupertus <Tuitensis>

[Köln], 1527

VD16 B 3703

En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israel.
Vniuscu iusque ensis superfœmur suum propter timores nocturnos

urn:nbn:de:hbz:466:1-34445

valde solitarium. Si em̄ uera cuiusq; humilitas etiam inter turbas pōt esse solitaria, ita uidelicet ut in nullo alio præter quā in deo spem habeat, quemadmodū Hester, cū esset regina, ueraciter tum dicebat: Domine mi, qui rex noster es solus adiuua me solitariam, & cuius præter te nullus auxiliator est aliis, quanto magistu uera aut solitaria & quasi in deserto eras, quæ uirum non cognoscebas, nec cognoscere cnpiebas, & ab illo, cui despontata fueras, pene fuisti deserta, non quia sanctus angelus, qui te solitariā inuenērat, solitariam salutauerat, te cōmendat & filium tuum, qui quasi pupillus in hoc seculo nasciturus erat. Digna ergo exclamatio, digna admiratio. Quæ est ista, quæ talis ascendit per desertū siue dedeserto? Vere mirabilis, & illi multū difficilis, quæ descēdit per Paradīsum, cecidit de Paradiso: nō gracilis per humilitatē, sed nimis grossa & rigida per mentis tumorem. Propterea uulnificare, quā magna fuerit cura altissimo de ista quæ de superbis non curat?

¶ En lectulum Salomonis sexaginta fortis ambiunt ex fortissimis Israel. Vniuersu iusque ensis superfœmur suum propter timores nocturnos

¶ Quis em̄ est lectus uere & ueri pacifici regis Salomonis, qui inter nos & dñm pacē cōposuit? mihi illa in quo diuīa natura humanā sibi natu-ā cōunxit. Et q̄s ille est nisi uterus tuus dilecta di-lecti, uterus uirginalis, ibi nanc̄ diuinitas uerbi dei, uerbū deus iefe cōclusit, & hūanā naturā, de tua carne formatā, sibimet i unitate psonæ inie-

(parabiliter

Math. I.

Lectulus
Salomonis
uterus Ma-
riæ,

RVP. IN CAN. CAN, CA. .III.
coniunxit, & ecce sponsus, id est carnem nostrā
cum anima rationali habēs deus, sponsus inquā
deus & homo Christus, sicut canimus in Pial-
mo, & ipse tanquam sponsus procedens de tha-
lamo suo. Quomodo talem tanti Salomonis le-
tulum sexaginta fortis ambiunt. V el qui illi se-
xaginta fortis sunt? Magnum & mirum myste-
rium, auditu& & scitu dignum: sed prius est ali-
quid quārendum. ¶ Cur sancti patres gladios
habuerint, aut cur gladijs licto usi sunt? Hodie
uel hoc tempore ex quo euangelium effulsit, ex
quo ille spōsus de thalamo suo processit, sanctis
ad perfectionem tendentibus non conceditur u-
sus gladij. Conuerte gladium tuum in locum su-
um, ait idem sponsus Petro qui fortiter ac fide-
liter pro illo zelabatur, & quod uni dixit, omni-
bus dixit: ut post tempus belli tempus pacis nūc
esse sciamus: Quare istud? Quam ob causam
tunc fuit tempus belli, & nūc est tempus pacis?
Videlicet quia radicem siue arborē bonam, qđ
erat genus Abrahæ ad quem primum beati se-
minis re promissio facta fuerat, diabolus per Bar-
baricos gentium uel regum impiorum, gladios
excidere atque extirpare uolebat, unde sacræ hi-
storiæ plenæ sunt. Idcirco tempus belli, tūc erat
idcirco materialibus gladijs tūc opus erat ut de-
fensaretur genus Abrahæ, ut defensaretur radix
Iesse, defensaretur inquam atq; protegeretur ge-
nus & radix Dauid, donec tu beata uirgo na-
ceris, lectulus (ut iam dictum est) ueri Salomo-
nis. O igitur uerum & bonum consilium, quod
lectum Salomōis sexaginta fortis ex fortissimis
Israel ambierunt. Et qui fortis uel fortissimi illi

Psal. 18.

Cur nunc
non est u-
sus gladij,
ut antiquus

Matth. 26
Marci. 13.

Ge. 12. 22

COMMENTARIORVM LIB. III.⁴¹

sunt uel fuerunt? Numeremus illos omnes, qui pro defensione spei uel expectatiōs Abrahæ gladiis laudabiliter usi sunt cum prophetis, quoruſ libri extant, quicq; contra gladios materiales regum impiorum, gladium spiritualem, gladium uerbi dei, non solum loquēdo, uerum etiam scribendo euaginauerunt, & sexaginta fortis sunt. Primus Abrahā fortissimus, gladio accinctus, sicut probatum est in illis de quibus prædam reduxit, & Loth filium fratris sui liberavit de qua tuor regibus. Secundus Isaac paterno gladio sacratus, & deinde potentia plus quam regia claus, ita ut diceret ei rex Abimelech, recede a nobis quia potentior nostri factus es ualde. Tertius Iacob, & ipse fortis ī gladio, sicut testatur ipse Ioseph, loquens filio suo: Do tibi partē extraſtes tuos quā acquisiui in gladio & arcu meo. Quartus idem Ioseph, potentia regis potēs, quasi rex uel regis pater. Quintus Moyses, sextus Aaron, septimus Phinees, octauus Iosue, nonus Caphi filius Iephone; Deinde duodecim iudices, qui iudicauerunt & liberauerunt Israel, & sunt uiginti & unus. Vicesimus secundus Samuel, vicesimus tertius Dauid, vicesimus quartus Helias, vicesimus quintus Helizæus, vicesimus sextus Ioiada pontifex clarissimus, & domini benedictus, vicesimus septimus Zacharias filius eius, qui cultum Baal, quem Helias & Helizæus exterminauerunt de Samaria per manum Iheu, Iezabel interfecta, deleuerunt de Iuda & de Hierusalem, occisa Athalia filia eius impiissima. Vice simus octauus rex Ezechias, vicesimus nonus rex Iosias, tricesimus propheta nobilissimus E-

F

Gen. 14.

Gen. 26

Gene. 48.

Gene. 41.

Iudic. 3.

1. Regū. 7

2. Par. 25.

4. Reg. 9.

Danie. 3

3. R. c. ulti.
2. Para. 20

RUPERTI IN CANT. CAN. CA. III
saias. Post istos duodecim prophetæ, quorū libri
extant, qui & minores dicuntur, & fiunt quadra-
gitæ duo. Quadragesimus tertius Hieremias, qua-
dragesimus quartus Ezechiel, quadragesimus quin-
tus Daniel, & cū eo tres socij eius Ananias, A-
zarias, & Misahel, & fiunt quadraginta octo.
Quadragesimus nonus Esdras, quinquagesimus
Neemias, quinquagesimus primus Zoro-
babel, quinquagesimus secundus Iesus sacerdos
magnus filius Iosedech in reuersiōe captiuitatis
& reedificatione ciuitatis uel tēpli. Quinquage-
simus tertius cū regina Hester Mardocheus, q
ambo, iure, pro uno reputātur qā regalis digni-
tas siue sublimitas Hester fuit Mardochei gladi-
us. Quinquagesimus quartus Mathathias, quin-
quagesimus quintus Iudas Machabæus. Post il-
lū Ionathas et Symon duces alter post alterū suc-
cessi unt, & deinde Iudas & Ioannes, q & Hir-
canus filij Symonis, nouissimi contra Pardum. i.
regem Græcorū prælati sunt & fiunt quinqua-
gintanouem. Quibus adde hunc ipsum, per quē
spiritus sanctus hæc locutus est regem Salomo-
nem, & fiunt sexaginta. Nam Iosaphat rex suc-
cessit quidem de fortibus, sed non de fortissimis Is-
rael, quia impio præbuit auxilium, & his qui o-
derunt dominum amicitia iunctus est per Atha-
lam filiam Iezabel uxorem filij Iorā, quæ cul-
tum Baal introduxit in Hierusalem & omnem
impietatem, propter quam necessarij fuerūt gla-
dij fortissimorū Israel. Omnes tenentes gladios,
& ad bella doctissimi. Vere tenentes & iure te-
nentes gladios, tam sacerdotes, & reges, tam pa-

A.III.
libri
adra
s, qua
quin
, A-
cto,
imis
oro/
erdos
nitas
quag-
us, q
digni-
gladi
quin-
ost il-
suc
Hir-
um. i.
qua-
que
omo-
x fue-
mis li
qui o-
Ath-
e cul-
nnem
t gla-
adios,
irete-
am pa

COMMENTARIORVM LI. III. 42:
triaχαραι, ἃ duces, ταμ prophetae, ἃ iudices, si
rationem temporis supradictam rite cōsideres.
Nondum enim processerat sponsus de thalamo
suo, & ad hoc laborabat diabolus per satellites
& comministros suos, reges Aegyptios, reges
quoque Israeliticos scilicet a domo David, reges
Assyrios sive Babylonios, reges Persicos sive
Macedos, reges Græcos sive Macedonicos: labo-
rabat (inquam) & laborauerat atque contendere
rat diabolus serpens antiquus oblistere uolens
dei proposito, ne impleretur promissio, ne collo
caretur hic lectus sive thalamus, ne esset unde
nasceretur hæc beata & dilecta uirgo, de cuius
utero procedere oportebat dilectum tanq; spon-
sum de thalamo suo. Iste erant timores nocturni
quos dicit hoc modo, uniuscuiusque ensis super
femur suum propter timores nocturnos.

Hinc uiere ad bella doctissimi, qd cur bellarē
cāmpī oculis habebant huiusmodi. Et reuera
pro causæ huius consideratione, percutiendo &
occidendo impios, iuuat & delectat sive Heli-
am sive quemlibet alium prophetam aut sacer-
dotem audire dicentem: Maledictus qui retrahit
gladium suum a sanguine, quia uidelicet ille
erat sine zelo iustitia. Mirū spectaculū, quia cū
hæc diceret ille realis sive tēporalis rex SALO-
MON, habebat & ipse sexaginta fortes ambi-
entes lectum suum, id est, pacatissimum & quie-
tissimum regnum suum. Nam de patre suo Da-
vid sibi relictos habebat fortes triginta & septem
quorum primus EL EAZAR filius patrui Da-
vid Ahos, nouissimus scribitur Vria Ethæ9. Et q

F 2

2. Reg. 23

RVP. IN CAN. CAN, CA .III.
dem mystica lrā sic se habet: Eleazar inter tres
fortes, & Abisay frater Ioab, filius Saruiæ, prin-
ceps erat de tribus, & hæc fecit Banaias filius Io-
iadæ, & ipse nominatus inter tres robustos, qui
erant inter triginta nobiliores, tanquam ad my-
sterium intendens eorū, qui propter fidem trini-
tatis agonizaturi erant, quasi distinctis ordinib.
secundum triginta & tres, qui uterq; numerus
ternarius est, alter singularis, alter decenus, sed
in summa omnes triginta septem sunt. Quibus
adde principes undecim, quos habebat rex Salo-
mō, regnās super oēm Israhel, & duodecim præ-
fectos qui præbebant annonā regi, & domui e-
ius, quos omnes, uidelicet & principes & præ-
fectos, suis ex nominibus scriptura cōmemorat,
& fiunt sexaginta, excepto quod Banaias filius
Ioiadæ, vir fortissimus & magnorū operum, hoc
pacto his nominatur. Illi sexaginta fortis ex for-
tissimis Israhel, tam uirtute animi quam corpo-
ris fortitudine, tūc temporaliter ambierunt lectū
id est, tutati sunt quietissimum regnum Salomo-
nis temporalis, & sicut in cæteris laudabilibus,
atq; memorabilibus, quæ gessit idem Salomon
ita & isto numero fortium magnum sacra-
mentum, per pulchrum rex sapietissimus prospexit
mysterium, de quo iam pro posse dictum est. Et
tunc quidem gladij (sicut iam dictū est) necessa-
rī fuerunt: nunc autem sola necessaria sunt testi-
monia scripturarum, & ipsæ inter eosdem gla-
dios diuinitus prouisæ sunt, ut tunc conderetur
quæ nunc in suo tempore legerentur, quas legé-
tes atq; credētes uitam in ipsis haberemus. Vn-
de protinus sequitur.